

## INCERTI AVCTORIS

- 2 sum. Ibi in campo castris unis positis ipse frumentatum  
circum villas cum parte exercitus profectus magno invento  
3 exercitu redit in castra. Scipio interim cognito Caesaris  
discessu cum universis copiis per iugum Caesarem subsequi 5  
coepit atque ab eius castris milia passuum vi longe trinis  
castris dispertitis copiis consedit.
- 68 Oppidum erat Zeta, quod aberat a Scipione milia pas-  
suum x, ad eius regionem et partem castrorum collocatum,  
a Caesare autem diversum ac remotum, quod erat ab eo 10  
longe milia passuum XIII. Huc Scipio legiones duas fru-  
2 mentandi gratia misit. Quod postquam Caesar ex perfuga  
cognovit, castris ex campo in collem ac tutiora loca collatis  
atque ibi praesidio relicto ipse quarta vigilia egressus praeter  
hostium castra proficiscitur cum copiis et oppidum potitur. 15  
3 Legiones Scipionis comperit longius in agris frumentari et,  
cum eo contendere conaretur, animadvertit copias hostium  
his legionibus occurrere suppetias. Quae res eius impetum  
4 retardavit. Itaque capto C. Minucio Regino, equite Ro-  
mano, Scipionis familiarissimo, qui ei oppido praeerat, et 20  
P. Atrio, equite Romano de conventu Uticensi, et camelis  
XXII regis abductis, praesidio ibi cum Oppio legato relicto  
ipse se recipere coepit ad castra.
- 69 Cum iam non longe a castris Scipionis abesset, quae eum  
2 necesse erat praetergredi, Labienus Afraniusque cum omni 25  
equitatu levique armatura ex insidiis adorti agmini eius  
extremo se offerunt atque ex collibus primis existunt. Quod  
postquam Caesar animum advertit, equitibus suis hostium  
vi oppositis sarcinas legionarios in acervum iubet compor-  
3 tare atque celeriter signa hostibus inferre. Quod postquam 30